

Sammelband von Dina



U. g. 1975

THESES

Disputationis 1. Lib. II. Inst.

DE

RERVM DIVI-
SIONE ET EARVM AD-
QVIRENDO DO-
MINIO.

*Ex Princip. tit. 1. & aliquot seqq. §§. usq.
ad §. cum in suo 30. lib. 2. Inst. Imper. cum
concordantib. iuris civ. & Can. textibus.*

QVAS

ἔτι τῶ θεῶ.

PRÆSIDE

NOBILISS. CLARISS. ET CON-
SVLTISS. VIRO Dn. ARNOLDO DE
REYGER IC. ET IN INCLYTA SALANA
Academia publico Pandectarum
Professore,

*Pro privato exercitio discutiendas proponit,
ac pro ingenii temitate defendere studebit IV. Eid.
Sextilis, hora locoque consuetis.*

PAVLVS RHEM.



I E N Æ

TYPIS TOBIE STEINMANNI.
ANNO MD. LXXIV.



*NOBILISSIMO, AMPLIS-
simo, & consultissimo, pietate, prudentia, lon-
goq; rerum usu praestantissimo viro,*

DN. ANDREÆ WERTZEN PRÆTV-
RAE INCLYTAE REIP. AV-
GVSTANAE ASSESSORI VI-
gilantissimo


DN. COGNATO ET FAVTO-
*ri suo nusquam non, & numquam non
summè honorando.*

Hoc ocii Academici monimentum,
Militiæ legalis tyrocinium,
Perpetuæ observantiæ testimonium

D. D. C. & O.

P. R. R.





Continuatio.

Hactenus de jure personarum: modò videamus de REBUS: earum divisione, & dominio acquirendo. pr. Inst. de rer. diu. arg. S. fin. Inst. de iure nat. &c.

THESIS I.



Rimùm res in corporales dividamus, & incorporales. Illæ sunt, quæ sui naturâ tangi possunt, ut fundus, homo, vestis, &c. Hæ quæ tangi non possunt: qualia sunt ea, quæ in jure consistunt, sicut hereditas, usufructus, usus, & jura prædiorum urbanorum & rusticorum, quæ & servitutes vocantur, & obligationes quoquo modo contractæ.

Handwritten note: Hæc divisionem res corporeas & incorporeas... quæ ex partibus contractibus... talibus petuntur.

1. tit. 1. de reb. corp. & incorp. l. 1. S. 1. de rer. diu. Caius lib. 2. Inst. tit. 1. S. præterea.

2.

Deinde Cajo IC. res aliæ sunt divini, aliæ humani juris. Imperatori aliæ quæ extra nostrum patrimonium habentur: aliæ quæ in nostro sunt patrimonio.

l. 1. in pr. ff. de rer. diu. pr. l. eo.

3.

Quædam enim jure naturali communia sunt omnium, quædam publica, quædam universitatis, quædam nullius, plæraq; singulorum.

d. pr. vers. quedam l. h. n. t. ubi D. Borch. tradit Instin. hic non novam rerum divisionem, sed prioris divisionis explicationem tradere.

4.

Et quidem jure naturali communia sunt omnium hæc: aër, aqua profluens, & mare, & per hoc littora maris.

Handwritten note: Obs. l. 4. de rer. diu. ubi... littus non sit occupantis... occupatis littoribus...

Handwritten note: l. 3. si nequid in l. 2. pub.

Handwritten note: quod in littore & adq. rer. dom. q. 2. ex q. 2. s. 1. h. l. sequatur & littore... occupatis littoribus...

§. & quidem 1. h. n. t. de aqua profl. V. Cuiac. in not. & Borch. hic Donel. 4. com. c. 2. v. 30. fl. 231. ubi dicitur ubi flumina fluminis seu & fluentem ponit.

omnia Insuper pennis
 rign' pbi' p'rietate f'ndi
 spaxi Marcham p' in 2
 1. & fluminis. 7. ad non pennis
 spectari. nec hic accipit §. seq. 1. h. t.
 15. flumina privata q' q'nt 4. com. 2. & 3. Borch. d. §. flumina. b §. universitatis. 1. h. t. l. 6.
 regulorū contrahit 2. Affluat §. 1. ff. eod.
 ne quid in flumine. nec
 fluminis q' publici. q'nis
 sal. E. l. adeo 2. & Acq.
 rev. dom.

Publica sunt flumina, portus, alveus fluminis, riparum & litorum usus a. Universitatis, quæ in civitatibus sunt, theatra, stadia, & his similia, si quæ alia sunt communia civitatum b.

§. flumina 1. h. t. l. 1. §. simili 7. de flumin. §. riparum cum §. seq. 1. h. t. Quot modis publicum quid dicatur V. eleg. Donell. §. flumina privata q' q'nt 4. com. 2. & 3. Borch. d. §. flumina. b §. universitatis. 1. h. t. l. 6. 6.

Nullius sunt res sacræ, religioſæ, & sanctæ. Sacræ, quæ ritè per pontifices Deo sunt consecratæ. Eæ nec alienari nec obligari possunt, excepta causa redemptionis captivorum, & aliis paucis.

§. nullius §. sacræ 1. h. n. t. l. privilegia 17. C. de SS. Ecc. No. 7. c. apostolicos, cum 2. seqq. c. aurum cum seq. 12. q. 2. auth. præterea C. d. t. 7.

Religioſæ sunt, quæ humationi & sepulturæ sunt attributæ. Sanctæ, in civitatibus sunt, quibus quæq; civitas clauditur, ad defensionem & propugnationem: ut muri & portæ.

§. religiosum cum §. seq. 1. h. n. t. l. in tantum 6. §. religiosum l. sanctum 8. ff. eo. 8.

Singulorum sunt quæ privatim alicujus in bonis, vel patrimonio sunt: sive eæ corporales sint, sive incorporatæ: etenim & servitutes in bonis sunt nostris.

§. singulorum 1. h. t. arg. l. rem in bonis 52. de adq. rer. dom. §. fin. l. de reb. corp. Donell. 4. com. 5. V. Mys. pr. 1. h. t. n. 3. vid. D. Borch. ad pr. h. t. qui videtur dissentire. 9.

Harum dominium nobis adquirimus, vel gentium, vel

vel civili jure. Illius modos primùm commodiùs vide-
bimus. *d. §. singulorum.*

10.

At si quæris, dominium quid sit? ita accipe. Domi-
nium est jus patrimonii, rei cuiq; rectè dominandi.

*Goeddaeus ad l. bonorum 49. n. 7. de V. S. disp. variè Dd.
Myns. ad rubr. h. t. n. 4. Ves. n. 4. Al. de fin. vid. apud Bart. in
l. si quis vi 17. §. differentia, de acqui. possess. Schurf. consil. 50.
cent. 1.*

11.

Vt triplex vindicatio *a*, ita & dominium triplex est.
Aliud rerum sive proprietatis *b*: aliud obligationis *c*,
aliud servitutum & possessionis *d*.

*a l. 3. §. est autem §. Pomponius 12. ad exhib. Cuiac. 5.
obj. 29. b l. 4. C. de probat. c arg. d. l. bonorum 49. in fi. de
V. S. d Cuiac. in Mercat. lib. 3. c. 9. Goedd. d. l. 49. n. 8. V. Ro-
bert. 3. sent. 27. & 3. animad. 9. Distinctionem Dd. in utile &
directum iuri incognitam esse constat. Duar. l. disp. 17. Borch.
d. §. singulorum & c. 1. n. 14. 15. de feud.*

12.

Ejus domini adquirendi à jure gentium 4. sunt in-
troducti modi. Occupatio, specificatio, accessio, traditio.

tot. hoc tit. Inst.

13.

Occupatio est, qua res quæ secundum naturam cuivis
patent acquirimus, idq; vel captivitate vel inventione.

arg. §. fera cum seqq. & §. lapilli h. t.

14.

Feræ igitur bestia, & volucres, & pisces, & omnia
quæ mari, cælo, & terra nascuntur, simul atq; ab aliquo
capta fuerint, jure gent. statim illius esse incipiunt.

§. fera Inst. h. t.

15.

Ferarum numero concludimus apes, columbas, pa-
vones: non autem gallinas, anseres, anates *a*. Sic neq;

A 3

bestias

bestias vivariis, aut pisces piscinis inclusos illo jure censemus *b.*

a §. apium cum 2. seqq. l. h. t. l. 5. §. apium cum seqq. ff. eo.

b l. 4. ed. l. 3. §. item feras. de adq. poss.

16.

Nec interest publico an privato, eoq; vel tuo vel alieno in fundo feram quam capias: tua tamen non est priusquam verè capias.

d §. fera. cum §. seq. l. h. t. l. 5. in pr. & §. 1. l. in laqueum 55. ff. eo. Cuius. 4. obs. 2. Donell. 4. com. 8.

17.

Idq; ita gentium jure nostris moribus in fundo publico vel alieno venari non licet *a*, nisi si quis peculiariter id jus sibi constitutum habeat *b*. Sed & proprio in fundo id quandoque interdicitur, quod utrum juste fiat dubitatur? tentabimus adfirmativam *c*.

a C. un. §. si quis 5. vers. nemo retia. de pac. ten. & ei. viol. *b* puta quando una cum fundo conceditur c. un. in fi. vers. ususfr. in quib. ca. feud. am. l. 9. §. 5. de usus. vel stipulatione aut pacto. aliis ve. acquirendi modis l. 3. de ususfr. c. arg. l. 2. C. de quadr. prefer. & d. c. un. §. si quis de pac. ten. latè VVes. in par. de acquir. rer. do. n. 7.

18.

Ea quoq; quæ ex hostibus capimus, jure gent, statim nostra fiunt, etiamsi liberi sint homines.

§. item ea 17. l. h. t. l. 5. in fin. l. 7. in pr. & eod.

19.

Inventione, nostra fiunt lapilli, gemmæ & cætera, quæ in littore maris inveniuntur, res pro derelicto habitæ: non tamen quæ levandæ navis causâ ejiciuntur, aut non intelligentibus dominis de rheda currente cadunt.

§. item

§. item lapilli 18. l. h. t. l. 3. de rer. diu. §. qua ratione pen.
l. h. t. l. 1. & 10. tit. ff. pro derelicto. §. ult. h. t. l. 1. §. res autem 8.
l. qui levanda 8. ad l. Rhod. de jact. l. falsus 4 3. §. pen. de furt.

20.

Ita & thesaurus in nostro fundo vel datâ operâ, (non tamen magicis artibus) vel fortuito inventus, nobis acquiritur a: Si fortuito in alieno; dimidium inventori, reliquum domino fundi cedit. Idem est si in publico loco inveniatur b. Si in sacro vel religioso inventoris totus est c.

a §. thesaurus 40. l. h. t. l. numquam 31. §. 1. ff. de acquir. rer. dom. l. un. C. de thesauris lib. 10. b d. §. 40. & d. l. un. l. 3. §. pen. ff. de iure fisci c d. §. 40. ubi Vves. n. 3. Rob. 1. recept. lect. 5. V. Borch. d. §. 40. Cuiac. 9. obs. 39. circa fi. & ad l. 5. qui test. fac. pos. Duar. ad l. 7. §. si fundum 12. sol. matr. & c. 4. h. n. t. Donell. 4. com. c. 14.

21.

Secundus acquirendi domini modus est specificatio: quæ fit, quando ex aliena materia bona fide species aut forma nova conficitur.

§. cum ex aliena 25. l. h. t. l. 7. §. cum quis 7. ff. eo.

22.

Modi huius duæ sunt species: confusio & commixtio. In illa ita jus est: ut si materia ad priorem & rudem formam reduci possit, ejus sit qui materiae dominus est. Si verò minus, ejus qui fecit.

d. §. 25. & d. l. 7. §. 7.

23.

Si partim ex aliena, partim suâ materiâ speciem quis fecerit, ejus est qui fecit. Unde etsi quis purpuram alienam vestimento suo intertexerit, purpura licet preciosior vestimento cedit.

§. quod si 26. cum §. seq. l. h. t. l. sed si 26. §. 1. eo.

24.

Si duorum materiarum voluntate dominorum confusæ sint

sint, totum id corpus, quod ex confusione fit, utriusque commune est. Idem placuit, etiamsi fortuito, nec voluntate dominorum vel eiusdem generis, vel diversae materiae fuerint confusae a. Id vero ita si res separari non possint b.

a §. si duorum 28. h. t. l. 7. §. voluntas cum §. seq. ff. eo. dis. Hotom. 4. obs. 12. & Theoph. d. §. 28. b l. 3. §. Pomponius. de rei vindic. Donell. 4. com. 31. Borck. d. §. 28. Ves. eo. n. 6.

25.

Commistio fit: si frumentum Titii, frumento tuo fuerit mistum, quod si utriusque voluntate fiat, commune est: si casu; non ita. Idem in grege & pecunia.

§. quod si frumentum 29. l. h. t. l. si alieni 78. de solut. Donell. lib. 4. c. 22. V. Borck. d. §. 29. & Ves. eo. n. 9.

COROLLARIA.

1.

Diuisionem rerum, natura & iuri divino consentaneam esse contra Anabaptistas asseueramus.

2.

Possessio utrum iuris an verò facti sit quaeritur? Sub distinctione respondebimus.

3.

Possessio & dominium nihil habent commune.

4.

Absq. negativa constare sententiam Labeonis in l. pen. §. ult. ff. de acqu. rer. dom. & vulgo rectè legi putamus.

5.

Ad vasallum omne incrementum quod accessit fundo feudati pertinere concludimus.

F I N I S.

*Cuius est
L: 45 & vfu*

99 A 6904


ULB Halle 3
004 976 38X



TA 30L







HP. VIII

THESES

Disputationis 1. Lib. 11. Inst.

DE

RERVM DIVI-
SIONE ET EARVM AD-
QVIRENDO DO-
MINIO.

*Ex Princip. tit. 1. & aliquot seqq. §§. usq.
ad §. cum in suo 30. lib. 2. Inst. Imper. cum
concordantib. iuris civ. & Can. textibus.*

QVAS

ζωὸ τῶ θεῶ.

PRÆSIDE

NOBILISS. CLARISS. ET CON-
SVLTISS. VIRO Dn. ARNOLDO DE
REYGER IC. ET IN INCLYTA SALANA
Academia publico Pandectarum
Professore,

*Pro privato exercitio discutiendas proponit,
ac pro ingenii temitate defendere studebit IV. Eid.
Sextilis, hora locoque consuetis.*

PAVLVS RHEM.



I E N Æ

TYPIS TOBIÆ STEINMANNI.
ANNO MD. CC. XCIV.